Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sompnium: qui solem et lunam et stellas vn
decim adorare me Quod cum patri et fratribus retulisset
increpauit eum pater et dixit Quid sibi uult hoc
sompnium quod uidisti? Numquid ego et mater
tua et fratres tui adorabimus te super terram Inui
debant igitur ei fratres sui. pater uero rem tacitus consi
derabat Cumque fratres illius in pascendis gre
gibus patris morarentur in sichem. dixit ad eum
israel Fratres tui pascunt oues in sicimis: veni
mittam te ad eos. Quo Respondete presto sum ait
Vade et uide si cuncta prospera sint erga fratres tu
os et pecora et renuncia michi quid agatur
Missus de ualle hebron. uenit in sichem Inue
nitque eum uir errantem in agro: et interrogauit
quid quereret At ille Respondit. Fratres meos quero.
Indica michi ubi pascant gregem Dixitque ei
uir Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos
dicentes Eamus in dothaim Per rex igitur ioseph post
fratres suos. et inuenit eos in dothaym Qui cum
uidissent eum procul: antequam accederet ad eos
cogitauerunt illum occidere et mutuo loquebantur
Ecce sompniator uenit. Venite occidamus
eum et mittamus eum in cysternam veterem
dicemusque fera pessima deuorauit eum. et tunc